





possessoria, & a sententia iudicis appellatione remota dati ss. precedebat resoluimus, inde licebit, quam plura huius doctrinae exempla depromere, praeter quae id satis notabile colligimus, f. ex l. 3. & 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. vbi a sententia adductis, quam nos de remate appellamus, interiecta appellatio, deuolutum est. cum operatur, suspensio omnino sublati; prosequitur. Patlad. 2. quotidianarum cap. fin. 5. par. 5. 15. Alia exempla suppeditant, l. 6. tit. 18. lib. 4. Recopil. & ibi Azen. Conarr. d. numer. 7. Lancel. de atten. 2. par. cap. 12. lim. 2. f. num. 1.

Inter caetera autem, quia difficillimum comendo illud quod S.P. exhibet, in c. Pastoralis, §. verum de appellationibus, vbi appell. a sententia excommunicationis interposita, & si ad superiorem iudicem causae cognitionem deuoluit, executionem tamen non remorari docemus, perinde beneficij fructus prouide, etiam appellat. subrahendum, vt sic in obedientia continentur cuncti, feiuri, semel inflicta excommunicationis, poen. nullam appellationis remedio retardari facit, text. in ca. hac 37. te appell. cap. is cui, de sententia excomm. in 6. obseruat. Couarr. in cap. alma, §. 10. num. 4. Gutierrez, Canon. 1. cap. 1. a. n. 90. plurimi relati a Cenodo, ad decretum, col. 4. vltra eos Pat. Suarez de censuris, disputat. 3. sed 6. Hugo eodem tit. lib. 1. cap. 20. n. 10. nouissimè Anila, de censur. 2. part. c. 5. disput. 5. dubit. 11. Id quod sine difficultate procedit, vbi plure lata excommunicationis sententia omnem appellationem praecedens, caeterum si interiecta f. appellat. lata excommunicatio proponatur, tantum abest vt executioni mandari debeat, vt potius mero iure non subsistat, d. cap. adhaec, cap. ad praesentiam, de appell. & per text. in c. dilectis, §. 4. eodem obseruat omnes ordinarij, ibi prosequitur Gregor. Sayous, in Ho. Theauro, lib. 2. cap. 16. a. num. 18. neque mirum, suscipi enim per appellationem inferioris iudicis iurisdictione sententia ab eo denouo lata non consisti, nemine enim grauate potest.

Vnde inferri videbitur, quod cum ex denunciatioe nouum grauen excommunicatus sentiat post Extrauagantes ad euitanda scandala, vitari namque debet, vt interposita appellatioe excommunicatio fieri non potest sic, nec praetextu excommunicationis ante appellationem sane post eam excommunicatus denunciari poterit, ita Naur. concl. 12. & 20. sub tit. de sententia excommunicat. & in cap. eum cogitang. rem. 7. a. num. 3. de rescript. sed ab eo merito discedit Cenedus sub num. 4. existimans, hodie etiam post appell. posse excommunicationem denunciari, vt iure Pont. statutum erat, d. §. verum, nec enim ex decisione, d. extrauagantes nouum grauen denunciatio excommunicato inferri, cum ante denunciationem vitare ipse teneatur, et si vitari non debeat, accedit d. extrauagantem, non fauore excommunicati latam, huius enim prospicere non intendi, sed communicantibus cum eo, quae & alia in huius sententiae ruelam considerat Cenedus, subscribit Gutierrez, n. 36. Vvames, in d. §. verum, num. 3.

Hac in excommunicatione pura locum habent, si enim sub conditione lata fuerit (possunt autem aliquae conditiones excommunicatis adici, vt probat Couarr. sup. Suarez d. disput. 3. sect. 3.) appellatio ante conditionis implementum interposita suspensiuum operatur effectum, cap. praeterea, de appell. quod si expleta cond. interdictatur non suspenditur, ea enim conditionalis excommunicatio conditionis subsecuto implemento ad naturam pure excommunicationis redigitur, Suarez, sup. sect. 6. num. 6. Ad do super eius eam sententiam, qua aliquem excommunicatum iudex declarat, interposita appellatioe, suspendi, docent Couarr. d. num. 4. Cenedo, sup. n. 2. sed de his satis.

Decimum sextum Praeceptum.

Si fiendo la causa de naturaleza, que en ella la apelacion suspenda; procedo el inferior, sin embargo, despues de la apelacion, de en el tiempo que se pudo apelar, quien ha de reponer lo hecho, y porque remedio.

Nihil nouare appellatone pendente, §. 16.

SVM M A R I A.

- 1 Appellatione pendente in nouatum remedio attentatorum reponendum est.
- 2 Attentatorum reuocatio, quo tempore peti debeat.
- 3 Attentata post partis petitionem, sine cunctatione rescindi debent.
- 4 Attentata post interlocutoriam quando rescindi debeant.
- 5 Attentata post appellationem extraiudicialem, an reuocanda.
- 6 Attentatorum reuocationem ab interlocutoria, & extraiudiciali appellationem an probabili, an vera causa praecedere debeat.
- 7 Attentata reuocanda si iudex appellationis detulerit.
- 8 Attentata post inhibitionem semper reuocanda.
- 9 Attentatorum reuocatio, quo iure, & a quo iudice petenda, §. num. 10.
- 10 Appellatione pendente quibus casibus sequestratio fieri possit remissive.
- 11 Attentata etiam iudex a quo reuocare aliquando potest.
- 12 Attentata dicitur non solum, que appellatione pendente sed & qua intra tempora ad appellandum data in nouatur.
- 13 Sententia excommunicationis intra tempora ad appellandum pronuntiata remedio attentatorum non reuocatur etiam appellatione postea interposita.

Haece verbis inscribitur tit. 17. lib. 49. Dig. in cuius l. vnica Vlpianus ea omnia, quae inferior iudex appellatione interposita nouauerit, reuocanda docet, neque immerito, suspensa namque iurisdictione appellare interiecta (quibus casibus suspendi iurisdictionem, parat, praecedente resoluimus) iudicis personam eicit, & consequenter si quae eo tempore attentauerit velut a non iudice facta rescindi oportet, idem variis in iure locis statuitur, l. 1. cap. vt lite pendente. minime, l. ex illo de appellationibus, C. dilectis, cap. bonae cum aliis, eodem tit. cap. non solum, eodem in 6. cap. venientes, de iurcirando, & ibi saepe prosequitur praeter ordinarios in dictis locis, hoc reg. 21. Duenas reg. 42. Rebus, ad constit. reg. 3. tom. tit. de appellationibus, art. 16. gl. 1. Lancel. de atten. 2. part. per totum, Don. 28. com. cap. 9. Couarr. pract. cap. 32. & sequentibus Gail. practica, l. cap. 146. & sequentibus nouem Gonzalez, in regula, 8. Chanell. gl. 5. in annotationibus, a. n. 176. Thofe, in pract. concl. lit. A. concl. 375. 376. 462. Petr. Greg. lib. 50. syntagm. cap. 2. n. 45. & 46. & nouis. in tit. de appellat. lib. 7. per totum. Nos, quo perfectius rem hanc elucidemus breui eam extringentes, id r. disputabimus, quo tempore peti, & fieri debeat haec attentatorum reuocatio post modum quo iure sit exposulanda dispiciemus, tandem cui incumbat iudici inquirentes.

Et quod ad primum atinet, id certum est, quo et si in nouata haec mero iure non subsistat, dict. cap. noua

non solum Rota, decif. 6. n. 4. 2. part. diuers. & decif. 406. nu. 2. 1. part. non tamen aliter eorum reuocatio praecipitur, quam si ab aliquo ex litigantibus exposcat Lancell. sup. 3. p. cap. fin. ex num. 100. Gohzalez, sup. gl. 56. num. 63. quibus et si petenda reuocatio tenentur, vsque ad contestationem praefigant non nulli, verius tamen cenfeo, quod communiter probant interpretes, in d. c. non solum vsque ad conclusionem, scilicet in causae rescissionem in nouatur petentem audiendum fore, ita decidit Rota, decif. 57. & 185. in occif. defendit Comd. cap. 23. num. 3.

Petita attentatorum reuocatio absque vlla delatione fieri praecipitur, in dict. cap. non solum, id enim iudicis incumbit officio, vt in cunctanter attentata rescindat obseruat Afflic. decif. 98. nu. 3. & 5. Vvames in cap. ex parte, 67. num. 7. de appell. Pet. Greg. d. lib. 7. cap. 4. num. 3. Nec mouetur in contrarium aut tex. in l. cu ex causa, 11. de appell. quod enim post sententiam reuocari attentata, ibi L. C. ait, non eo pertinet, vt antea non poterit, imò, & ad partitionem debebit rescindi quomodo post glof. in d. c. non solum, verbo, ante omnia, & cum accepit, communis, vt constat ex Cuman. ibi, Baldus, in d. l. vn. num. 4. Pet. Greg. cap. 4. num. 4.

Haece appellatioe a diffinitua sententia locum obrinet, ea tunc si ab interlocutoria appellari contingat obseruanda erit decisio d. cap. non solum, vers. illa vero, vt non ante ea reuocatio fieri iubeatur, quae de principalis negotij iustificatione consistit, ita Cou. d. cap. 24. nu. 1. Lancel. 2. par. limit. 1. per tot. cap. 12. Rota, decif. 234. in nouis. Cum enim tunc deum in nouata rescindi debeant, cum interposita appellatio iudicis a quo suspendi iurisdictione, nec id in appellatione ab interlocutoria sententia prius accedat, quam si probabili ea subnixta causa, videatur, cap. vt debitus, cu similibus, de appellationibus ante expressae causae verificatione, ab inferiori iudice gesta rescindere incuile erit. Et licet ante decif. d. cap. vt debitus, expressio causae ad appellationis valorem non spectaretur, cap. consuluit, el. 2. de appell. semper tamen ad attentatorum reuocationem requisitam autumo, c. cum causam, c. dilectis, §. 3. quae iura, si interpretari sumus sup. §. 1. 1. num. 2. Est autem in nouatorum reuocatio in appell. hac sent. ante verificationem causae non fiat, non tamen ex eo inferre licet, ea mero iure subsistere, cu vix sit ipso iure nulla esse, vt cum Lapo, alleg. 1. n. 12. affirmat Cou. d. c. 24. n. 2. conuincit text. in c. sup. q. §. fin. de off. deleg. licet enim interitum, dum de veritate causae agitur incertissimus, an talis futura sit, quae in nouata rescissioni causam praebet, per l. tamen futuri euentus conciam attentata ipso iure non subsisterunt, nec male, in arg. adduci possunt, l. cum quidam, §. sum haredem, de acq. haered. & quae ad eius interpretationem adnotarunt Duar. ad illum tit. cap. 1. Gouea. 1. var. Cuiac. ad Afflic. traet. 4. ad l. si filius de liber. & posth.

Interlocutoriae sententiae extraiudicialem assimilamus, cum appelleretur ab interposita non aliter valeat constare, quam probabili, aut verosimili interiecta causa videtur, & consequenter, ad suspendendum iurisdictionem eius probationem requirimus, ita communis, quam sequitur Pet. Greg. d. lib. 50. cap. 2. nu. 6. & in tract. de appell. lib. 1. cap. 1. n. 4. & 8. & l. 7. c. 5. Dixi probabilem causam ad reuocationem attentatorum in appellatione ab extraiudiciali sententia requiri, quia tamen hanc petit S. P. in cap. 5. 1. in quo diffinit ab interlocutoria sententia, quae verae causae probatione exposcit, existimo cum Abb. & Dec. in dict. cap. bonae, P. Greg. d. num. 8. quidquid in contrarium molitur, Couarr. p. cap. 24. nu. 5. Ad do superius interdu non probata veritate causae, quae pendente appellat. ab interlocutoria sent. in nouatur rescindenda esse, si vel appellatione iudex detulit, eo enim facto

omnem a se iurisdictionem abdicauit, cap. cum Apostolos, de appellationibus, prosequitur Lancell. d. cap. 12. limit. num. 66. vel per superiorem, fin. ibi d. cap. 8. r. quae cumque enim post inhibitionem rescissioni sunt obnoxia, d. cap. non solum in fin. cap. Romana, §. si vero, & §. sequentibus, de appellatione, in 6. cap. si soli, de concess. praeb. eod. li. Tiden. f. 22. c. 7. ex quibus licet colligere, quae sunt necessaria, vt huc effectum inhibitioni tribuantur, & ex Maran. de ord. jud. 6. part. tit. de appell. num. 96. Couarr. d. ca. 24. n. 3. & 4. Vvames, in c. significauit, n. vlt. de appell. And Guill. prac. 1. c. 144. & 145.

Videmus, quo tempore peti, & iuberi reuocatio attentatorum debeat, nunc videndum, qua aetione petenda, & a quo iudice concedenda sit, & quidem duplici iure appellationis, scilicet, & remedio attentatorum iudicis implorato officio rescissionem hac peti posse in cetero cit. ita docet Petrus Gregorius, d. cap. 2. num. 46. conuincit text. in la. appellatione, l. minime, C. de appell. nec te torbet extra ordinem, id remedium cum ordinario appellationis auxilio ex vulgaris regulis conuenire non posse. Id enim pinguius consulti, quae appellatio, cum ordo iuris in eo seruetur, sed & aliis potitur privilegiis, quae constant extra d. glof. in Clem. 2. de app. Vvames, in d. c. bonae, Mandosius, de formatum commiss. forma, 14. Lanc. de atten. in praefat. a. num. 74.

Sed & illud est certissimum, iudici ad quem hanc reuocationem incumbere, deap non solum ibi, per appellationis iudicem, cap. 5. titulum 54. de appellat. omnibus, l. et cuius, §. liquid, de appellationibus recipiendis, quo fit, vt quibus casibus appell. pendente sequestratio fieri possit, quos congerit Guill. 1. praef. cap. 147. & 148. per iudicem ad quem praecipienda sit Maranta, d. tit. de appell. num. 177. Non tamen inferior posse etiam iudicem a quo in nouata rescindere, cum id ad faciliore causae exitum tendat, quae ratione turbatam pendente lite possessione reformata in c. cum tentamus, 17. de appellationibus, admittit communis, quam sequitur Couarr. d. c. 23. n. 1. Pro coronide, obseruo ea quae vel a iudice, vel a par. (non sic a 3. in nouanti, reuocanda esse, si vel pendente appellat. attententur, vel nondu elapso appellandi termino, perinde enim durante eo facta rescinduntur, ac quae appellat. pendente geruntur, d. c. non solum, Couarr. d. c. 23. d. n. 2. Petrus Gregor. d. li. 7. c. 4. n. 12. vna sic excipias sententiam excommunicationis, quae si pendente interponenda prouocationis feratur, absq; metu reuocationis consistat, e. venerabilibus, & potro, de sententia excommunicationis, in 6. docet Couarr. d. n. 2. & in cap. alma mater 1. part. §. 2. num. 5. verfic. 3. specie, 9. reuocatio enim eorum, quae nondu interposita appellat. nouatur a futuro euentu pendet, cum sit incertum, an pars appellationis remedio sit vsura, ac excommunicat. in pendenti esse non potest, cap. pastoralis, §. verum, de appellat.

Decimum septimum Praeceptum.

De que sententias no es necessario apelar, y dentro de que dias se ha de dexir de nulidad, y ante que inzes.

Quando appellare, seu prouocare non est necesse, §. 17.

SVM M A R I A

- 1 Appellatio non est necessaria, vbi sententia nulla est.
- 2 Nullitas aduersus sententiam intra quod tempus opponi debent.



- 3 Nullitatis exceptionis omisso, qua ratione sententiam nullam confirmet.
- 4 Nullitas ex defectu iurisdictionis lapsu, 6 dierum non confirmatur.
- 5 Nullitas apud quem indicem proponenda & num. 7.
- 6 Nullitas quando principaliter, quando incidenter discutitur.

**C**um appellatio eo tendat, vt lata sententia rescindatur, constat ibi perperam interponi, vbi dicta sententia iure non subsistit, que enim nulla est rescindi nequit ex reg. l. n. et si, verbo post defectum, de in iust. rup. nulla vero sententia multiplici, ex c. redditor, varias enim nullitatis causas cogessere Marata de ord. iud. 4. p. dist. 26. Præpositus, in c. dilecto, n. 17. de appellationibus, relati ab Azucedo in l. 2. tit. 17. l. 4. Recop. fuisse Thufcus, in practi. caram, concl. verbo, sententia, ex c. 13. c. multis sequentibus. Remotus porro appellatiouis beneficio nullitatis hoc casu remediū superest, quod et si antiquo iure perpetuum esset nulla, vel saltem, 30. annorum præscriptio submouendum, iuxta eā distinctionem, quam admittunt Maranta sup. 6. par. tit. de sententia, num. 154.

Ad legem Toleticam, ad secundū punctum, t. p. n. 3. o. iure tamen nostro Regio intra 60. dies adhuc sententia cōperit, quibus e lapsu nullitatis abiciendæ ius non est, l. 1. tit. 17. lib. 4. Recopil. Non quia confirmator sententia, que nulla fuit, sed quia tacita lapsu temporis litigantium inducit renunciatio, qui et sententia acquiescere creduntur, quam intra 60. dies non impugnantur, & iuri nullitatis renuntiare, quod eo tempore exercere noluerunt ita Azucedo sup. 4. n. 22. Indefiniter nullitatem ex defectu iudicis prouenientem horū dierum termino non circūscribi, cum ei litigantes renuntiare nequeant non magis quam priuato iurisdictionem concedere, l. priuato, r. C. de iurisd. admittunt Ioan. Gutierrez. i. practi. qu. 96. vltra quem alias limitationes subiungit Azucedo sup.

**Q**uod si quæras apud quem indicem de nullitate agendum sit, respondetur eum, qui sententiam dixit de nullitatis causa cogitorū, nec n. videtur officio suo functus, qui iudicauit nulliter, l. 1. C. de sententiis & interlocutionibus, l. fina. C. de sententiis, quæ sine certa quantitate, post alios Vvam in c. pastoralis, nu. vlt. de appell. quod sic accipere oportet, si principaliter nullitas obicitur, si enim incidere, is de nullitate cognoscit, apud quem principalis negotii pendet examen admittit post alios Azucedo, sup. a num. 1. \* Eius rei ratio est, quia causa, siue appellatiouis, siue supplicatiouis in se nullitatis causa habet implicitam, quæ d. 4. 1. D. familiae ercisc. l. Camelia p. 14. D. de iure patro. l. si express. 9. ff. de appell. c. exhibita, de iudiciis cap. cum olim, significatiuis, de officio delegati, Francus in c. dilecto. eod. t. vbi Belam, concl. 18. Bancius de nullitatibus, tit. quod & quibus modis nullitas eccl. col. 227. n. 116. Ergo pendente iā appellatiouis causa coram iudice ad quem non poterit iudex a quo de causa nullitatis cognoscere citra vitium ar. entatorem, quia illius cognitio ad iudicē, ad quem tantummodo eo casu spectat, Petr. Greg. de appellat. c. 1. 6. n. 4. sub lib. 2. Sigism. Scacia, de app. q. 17. n. 11. & q. 19. remedio. 1. concl. 6. n. 26. Quæ sententia iure Hispano probata est, l. 4. tit. 17. lib. 4. Recop. verbi, l. 1. n. 1. vbi in causis secundæ supplicatiouis, iuxta legem Segoniensem dispositum est quod si eis pendētibz ab aliquo ex litigatoribus, de nullitate sententia reuisionis dicatur, super ea processus non instituitur, sed eius examen, & discussio ad diffinitiuā causę principalis referuntur, alias enim nullus esset huius finis, vt bene eodem loco vidit Azucedo, num. 2. Quando autem principaliter, aut in-

cidēter de nullitate agi videatur, disputat Vvames, tractat. de nullit. cap. quot & quibus modis nullitas proponi possit, & alios huius distinct. eff. etus profertur Covarr. practi. cap. 24. nu. 7. vbi eam nullitatem principaliter proponi ait, dico sententiam nullam, & si qua est appellatio, de quo appellatiouis modo videndas etiam Paz in praxi. 1. tom. 6. par. in proem. num. 50.

Illud non omitam posse superiorem iudicē, de nullitate aditum postquam de ea sententia dixit, de principalis causę meritis cognoscere, vel cōfirmando, vel reformando latam sententiam Puteus, decis. 72. n. 3. & decis. 81. Gonzalez, in reg. 8. Cancell. gl. 9. in annot. num. 174. Azcu. sup.

Decimum octauum Præceptum.

*Si sin embargo de auerse apelado en vn articulo, podrá el iuez inferior proceder en la causa principal, o en otros articulos de ella.*

Appellatiōe in vno articulo interposita, an in principali negotio, & aliis eius articulis inferior iudex possit procedere. §. 18.

S V M M A R I A.

- 1 Appellatiōe in vno articulo interposita in principali negotio, alijsue articulis inferioris iurisdictionis non suspenditur. Quod tamen sequens numero limitatur.

**N**on, vt interiecta à diffinitiuā sententia appellatio in vniuersum inferioris iudicis iurisdictionē suspendit, ita & quæ à quibus grauamine interponitur, placet enim interposita in vno art. appellatiōe in incidenter alijs, & principalis causę cognitione inferiori iudicem intercedere non debere, cap. sup. eo. 1. o. per argumentū à contrario sensu, de appellatiōibus, conuicit text. in cap. ad hæc, & 1. eodem, probat cōmunis, vt constat ex Alex. cons. 89. lib. 1. Rota, decis. 31. alias, 19. in nouis, Per. Greg. syn. tag. cap. 2. num. 47. Lancellotus de attentatis. 2. part. cap. 1. 2. limitat. 7. per totam, Boer. decis. 73. Thufcus, verbo, appellatio, conclus. 376. numer. 8. & 9. suspensa enim in vno articulo, propter appellatiōem, iurisdictione, & in reliquis, & in principali causa, iurisdictione manet, arg. l. que tamen, de receptis arb. tamethi Cuicæ, & Vvames in d. cap. super eo contrarium probent.

Verum hæc non indistincte verā, quandoque enim iudex interiecta in vno art. appellatiōe, in alijs, & in principali negotio procedere prohibetur puta si principalis causa ante eius articuli decisionē terminari non possit vel reliqui art. quo lata ponitur sententia conexi sint, quoad forum enim cognitionē suspensa etiam est app. interposita iurisdictione, quando vero conexi, aut separati articuli dicendi sint, est post alios iudicis arbitrio tribuendum creditur Menochius de arbit. casu. 95. Ego tamen summe probō Decij consil. 33. numer. 4. lib. 1. & Lancell. supra iudicium, qui eam annexam hac in parte causam decent in qua lata sententia in alijs articulis rei iudicata exceptionem pareret. Sed & vbi separati articuli sunt, pendente in vno appellatiōe in alijs supercedendum, plerique crediderunt, si vel superiori, inferiori iudici quoad vniuersæ causę cognitionem inhibuisset, vel is appellatiōi derelisset, eo enim facto,

facto, omnem sibi videtur iurisdictionem eandem esse, ita Alexand. sup. Decian. in dict. capit. ad hæc Barr. & Imol. in dict. capit. sup. eod. quorum tamen sententia in vtraque parte mihi periculosa videtur. Et primo probare non possum, inhibitionem eo casu prosecutionem in articulis impedituram, cum inhibitione non aliter permitatur, quam si integrum negotium deuolutum constet, cap. non solum, §. de appellatiōibus, in 6. obseruat. post alios Lancellotus, d. limit. 2. num. 35. qui nec magis probat iudicē deferentem appellatiōem in vno art. siue in alijs iurisdictionem abdicasse, cum eo tantummodo appellatiōem admittere credendus sit, quo ea est interposita, cum ergo in vno tantum art. interiecta sit, non est in alijs admittenda præsumenda.

Decimum nonum Præceptum.

*En la segunda instancia de que cosas se puede conocer si de los articulos que se trataron en la primera, o otros nuevamente alegados, o intentados probar.*

Qui articuli in causa appellatiōis examinari possint, §. 19.

S V M M A R I A.

- 1 Appellatio à diffinitiuā coram causam ad superiorem deuoluit, scilicet si ab interlocutoria.
- 2 Appellatiōe interposita coram superiore non allegata allegari & non probata probari possunt.
- 3 Articuli noui quando coram iudice appellatiōis possint discutiri, vel ad inferiorē remitti.
- 4 Exceptiones quales in appellatiōis instantia discussi possint.
- 5 Appellatiōe pendente super articulis directo prioribus contrarijs, admittit probationes, an possint.

**P**rius negotii cognitionē ad appellatiōis iudicem transmissa eius officio inebuit, de causę meritis, & appellatiōis iustitia cognoscere, quod vt certius peragat actoris intentionem, & rei exceptiones ad amissum examinet non eas tamen quibus in prima instantia vti fuerint, sed & quas denuo in sui tutelam allegabunt, si modo à diffinitiuā sententia appellatum fuerit, hæc enim appellatio nouis potest allegationibus iustificari, non itē si ab interlocutoria appellari contingat, ab enim interposita appellatiōe, veteribus, illi de que nominatim expressis causis niti debet, cuius differentia rationem post Barr. tradit Maranta, de ordine i. ad. 6. par. tit. de appellat. a nu. 159. obseruat. Reb. in l. quod iussit, de te iud. 2. not. num. 254. & nos aliqua diximus sup. §. 11. n. 4. Ergo in causa appellatiōis t̄ à diffinitiuā sententia interiecta non allegata allegari, & non probata probari possunt, lege per hæc, C. de temp. cap. cum Ioan. de si. in fin. capit. fraternitates, 17. de test. quod tamē sic in dictis iuribus limitatur, vt tunc demum noui admittantur articuli, si à veteribus dependant, & motam actionem respiciant, vt in ex. plo text. in d. cap. cum Ioan. & alijs, & que exhibent Bald. in d. per hæc, col. 4. & in d. cap. fraternitatis à n. 6. Felinus, in d. cap. cum Ioan. 17. Sin t̄ autem ita per se articuli subsistant, vt nouam videantur causam continere repellendi erunt. Quo fit, vt si vel res diuersa petatur, vel noua incendatur actio, denuo lis agenda sit, nec in causa appellatiōis eius examini sit locus, vt recte post Azucedo, in d. l. per hæc, adnotant Barr. & Paul. libi Maranta, sup. num. 193. oportet enim, vt eius natura sint in prima instantia Antonij Pichardi Practi. Institut.

omissi articuli, in quibus sententia lata principali causæ præiudicium faceret, ita omnes sup. Princ. in c. fin. nu. m. 1. 4. de test. Gall. 1. Pra. 12. alii qui, si omnino noui sint art. admittendi non erunt quantumvis eorum probationem pars offerat: nec enim probatio sup. eis admittenda, vt in numeris relatis probat Far. de testibus, tit. de opposi. contra examē testium q. 73. nu. 317.

Quod autem diximus nonas exceptiones in causa appellatiōis proponi posse in dilato iis exceptionibus non obtinet, leg. ita demum. C. de procur. harum enim obiectioni terminus vique ad contestationem iure præfixus est paucis exceptis casibus, qui referuntur, in cap. pastoralis, de except. sed ad peremptorias dumtaxat, & perpetuas exceptiones pertinet, quæ in prima instantia cōmissæ in causa appellatiōis opponi poterunt, modo non constet opponentis dolo omisissæ, prosequantur Felin. in d. cap. cum Ioannes, à n. 16. Vtrum autē omisissæ in prima instantia repulsæ possint in causa appellatiōis obici, post Afflict. dec. 116. plene examinat Courtu. practi. c. 18. nu. 15. Azcu. in l. 4. tit. 9. n. 17. lib. 4. Recop.

Ve noui articuli ab antiquis non dependentes in causa appellatiōis probari nequeant, hec nec super iussim, aut directo contrarijs probationes ex testium depositione admitti possunt, nec leuis subordinatiōis oboritur suspicio si publicatione testium facta, testificatis didicissim iterum testes receptentur, dict. cap. fraternitatis Cl. 2. de testibus authentica atqui semel C. de probat. & licet contrari non paucis ex Iuris Cæsare professoribus placuerit, id tamen commune Pontificiorum est placitum, iure Regio comprobatum, in dict. l. 4. tit. 9. n. 4. Recop. vbi azened. Matienzo pluribus modis limitans in dialogo relationum, 1. part. cap. 46. cum multis sequentibus, Courtu. sup. num. 6. prolixè Farin. sup. à num. 302. Suarez, allegatiōe 5. per totam, in praxi. 2. tom. 1. par. 6. temp. num. 118. eo latius 6. cap. 1. n. 16. Gutierrez, 1. practi. cap. 71. Ioann. Garcia, de nobilitate, gl. 46. Thufcus, in practi. conclusiōibus, lit. A. concl. 527.

Vigesimum Præceptum.

*La cantidad de la causa sobre que se ha litigado apelado, y conforma à ella donde se ha de proseguir en grado de apelacion.*

Quis in exigua quantitate causis iudex sit appellatiōis, §. 20.

S V M M A R I A.

- 1 Appellatio etiam in exiguis, & lenibus causis admittenda est.
- 2 Appellatio in exiguis causis ad supremos iudices non deferitur.
- 3 Appellatio in causa, que non excedit summam viginti millia numerorum areorum ad ciuitatis decuriones pertinet, & quomodo discutienda.
- 4 Appellatiōis causa intra quem terminum, apud decurionem expendenda.
- 5 Appellatio à sententijs, de los Alcaldes de los adelantamientos quando non admittitur.

**V**m potissimum, qui in appellatiōe finis attenditur, is fit, vt inferioris iudicis iniuriam superior corrigat vbi que grauamen subsistet ibi locū appellatiōi futurum constat, cum qua non minus in lenibus causis, ac in grauibz controuersis grauamen inferri soleat, & possit, vti vobis pariter appellandi potestatem sui facit, l. & in minoribus, C.



de appellat. cap. de appellat. eodem verbo, nullum inter minores, & minimas causas iure civili discrimen agnitione contra Francum concedit Vvames, sub n. 1. Sed tamen maioribus causis tributum video, ut in eis, & Princeps & S. P. prouocari possint in minimis nō item, nec leuissimarum cura euocentur, l. 2. de oper. publicis, in C. Theodocet. inde Marcal. lib. 2. ait, infra Imperiale eulem esse minutias causarum mutare. Eo quod respicere videtur I. C. in l. si quis. 10. §. 1. de appell. docens ad Principem defecti posse appellationem eius causa coactuatis diuersis eius speciebus eam summam, quae ad Principis notionem facit, ita enim legendum, & Florentinorum, & vulgariorum Pontificiarum, postit auctoritas, nec assentendum Hotomano. q. 4. obser. cap. 16. loco illorum verborum, notionem Principis legendum monet notionem Praetoris. Hoc amplius, & nec in minimis causis suprema iudicij prouocandi sunt, sed inferiores alii iuxta ordinem in l. i. praescriptum, in authenticis de appellat. §. illud etiam obseruat Donell. 28. comment. cap. 7.

Ad cuius imitationem regio nostra iure in exiguis civilibus causis Decuriones ciuitatū appellatur, sic autem modicitatem causa hac in parte metimur, ut quae ad viginti vsq; milia numerorum aereorum pro tendat eos Decuriones appellationis iudicis experiarur, ad quos intra quinque dies a die notitiae numerandos, appellatio interponenda, l. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. & apud duos ex eorum ordine ab eis deputatos, iuxta praxim ab Azeuedo ibi. n. 57. tra dita, intra 30. dies a die interpositae appellationis, vt docet Gutier. 1. lib. praet. c. 108. & sequenti examinanda, & finienda postmodum, quia intra decedum decidenda, & terminanda, quo elapso ita decurionum extinguitur iurisdictio, vt ne dum iurato partium consensu prorogari queat, vbi n. terminus iurisdictiois praefigitur, eo finito, ita admittitur iurisdictio, vt litigantū iurata conventio prorogationem eius adducere, not. Azeuedo, sup. n. 75. & in Curia Pin. l. 4. c. 6. n. 7. post longam disputationem Gutierrez, de iuram. cofi. 3. p. 15. n. 10. vbi n. 20. iungit, nec eadem conuentione iuramento quantumvis conformata Decuriones posse in maioris quantitatis causa sententia ferre, reliqua, quae ad explicacionem d. l. recop. pertinent, copiose prosequuntur Azeuedo ibi, & d. l. 16. per totum, Gutierrez, d. c. 5. a. n. 10. vsque ad finem, & 1. praedictarum, cap. 107. & sequenti.

Sed & illud Regio cautum, vt quae causa summam 6. millium numerorum aereorum nō egrediuntur, apud eos iudices, qui apud nos Alcades, maiores de los Adelantamientos nominantur, si in eorum territorio licem moueri contingat in causa appellationis deferantur a quibuslata sententia absque vilo appellationis oblatu iubeantur exequi fideiuss. tamen prius praesita, de re restituenda, si quando per supremos Regie Chancellarias iudices, ad quos causa deuoluitur sententia euocatur, statorem id in l. 76. tit. 4. lib. 3. Recop. Hoc amplius, & suspensiuus effectus appellationis ademptus, in his causis, quae mille dependiorum quantitatem non excedunt in speciali casu. l. 9. tit. 18. lib. 4. Recop.

vigesimum primum Praeceptum.

*Dentro de que tiempo se ha de proseguir y fenecer la causa en grado de apelacion: y del primero, y segundo fatal.*

Quo tempore proseguenda, & terminanda sit appellatio causa. §. 21.

S V M M A R I A

- 1 Appellatio, quo tempore proseguenda, & terminanda.
- 2 Appellatio a nominatione ad munera intra duos menses proseguenda.
- 3 Appellatio interdum temporis reparatio sequitur & quomodo concedi potest.
- 4 Appellatio iuris Hispano intra quod tempus proseguenda, & numeris sequentibus.
- 6 Fatalia tempora qua sunt, & quare sic dicta.
- 7 Fatalia tempora ex quo numeranda.
- 8 Appellationis temporis, si labantur eam discretam prouocatus petere potest, & numero 14.
- 9 Appellationis proseguenda tempora, an prorogari possint, & num. 12.
- 10 Appellationis proseguenda prorogatio, quae iuste fit causa.
- 11 Fatalibus classis sententia mandatur executioni.

**M**ultiplex appellatioibus praestituta iure tempus constat, primum interponendis eis, alterum postmodum apostolis praesixit de quibus copiose sup. §. 10. egimus, tertium inducendis appellationibus datum, quod varie pro iudicium, & locorum distincta lege definitam, vt constat ex l. 2. l. cum anterioribus, C. de temp. appell. & taliquando, dicitur, mensura assignamus terminos, vbi scilicet a nominatione ad munera appellabitur, leg. 1. eod. tit. quod qualiter accipiendum sit, & in paratit. & in post, ad eum tit. Cuia. obseruat. Sin autem non introductis appellationibus lege constituta tempora labentur, reparatio temporis peti poterat, eaque lapsa, altera restituitur Principis intra quadrimense conceditur omnia alia post tertium lapsum reparatione deneganda, quod bene probat Cuia. 12. obser. cap. 4. lib. 16. cap. 7. Postmodum, ex d. l. vbi fatalis, seu temporalis dies quibus dumtaxat appellatio poterat inter hos enim nihil interesse contra Donel. 28. commen. c. 7. probat Cuia. d. cap. 4. elapsi essent mero iure vnius mensis reparatio tribuebatur, & post secundum hunc lapsum tertiam reparatio motum, quarta conceditur, quartum vnaquaque 30. diebus constabat, quinta tamen non aliter permittebatur, quam si intra trimestre a Principe impetraretur, ita vt proximis post quacumque reparationem dies fatalis effectus, cuius loco Inst. cum facit fatalem vnum diem obsecrari cerneret, decem fatales constituit ex sublequenter §. 10. tit. de antecedentibus diebus, d. l. cum antec. §. & cum antea proseguuntur Cuia. sup. & de praescript. cap. 7. & 16. Gothof. in notis ad d. l. non. sup. iure vero nostro iudicandis, & praesentandis appellationibus certa sunt constituta tempora, in l. 2. tit. 18. l. 4. Recop. vbi Azeuedo proseguuntur, & Gutier. 1. praet. ca. 103. & 104. nos aliqua diximus §. 3. n. 3.

Quartum tamen proseguendis, & finiendis appellationibus tempus praefigitur in d. l. §. illud authentic. ei qui, C. de temp. sumi scilicet iusta suggerente causa ad biennium extendendum, quod & Pontifices admiserunt, in cap. cum sit Romana, cap. ex ratione, cap. constitutus, de appellationibus, Clem. sicut, eodem

dem & apud nos locum idem in l. 1. tit. 18. l. 4. Recop. quibus in locis ordinari disputant Cuia. in non 49. 9. 3. & 126. Meno. de arb. casu 446. Minfing. centor 1. obser. 3. 1. dec. Pademontana 28. Gill. 1. praet. c. 141. Guido, de appellat. a num. 60. Pet. Greg. lib. 50. syntagm. cap. 2. num. 3. 1. & in tract. de appellat. lib. 6. cap. 10. & lib. 8. cap. 2. num. 7. caque anni, & biennii tempora fatalia nominantur, quia eorum lapsus fatum hoc est, motem appellationibus ingerunt, Vvamesius, in d. c. cum sit Rom. n. 2. Don. sup. Cuia. dicit. cap. 16. & lib. 16. obser. cap. 9. Pet. Greg. d. n. 7. vbi dies hoc Grecis mortiferos dicit docet, vt sic moti dicitur lis quemadmodum, & viuere, in l. 3. Clem. tempus, iuxta vulgatam eius lectionem, quam defendit Cuia. 18. obser. cap. 32.

Fatalia vero. Haec in iudiciali & extra iudiciali appellatione a qua interpositur numeranda non a die sententiae probat tex. in d. Clem. sicut, admittunt Specul. tit. de appellat. §. qualiter, Guido sup. num. 62. neque enim memorari, id tempus ante interiectam appellationem potest, cum ad proseguendam eam datur, vt sic cessent variae hae de re opinionis, quas recenset Accur. in d. §. illud, hanc enim admittit d. Clem. & d. l. 1. Recop. quae, & in termino iuris, & in eo qui eius loco a iudice substituitur procedit pariter, in appell. tamen a futuro grauiam non item in hac enim non dies interpositae appellationis, sed dies grauiamini attendi debet, d. Clem. sicut, Tiraq. in tract. cessante causa. 1. part. n. 32. Vvames, sup. n. 8. Azeu. in d. lege Recop. num. 1.

Dixi intra constituta tempora finiendam appellationis causam, quia appellans summa debet, vt cauae intra anni curricula finem imponat sciturus eo transacto desertam ei appellationem, si per eum steterit quominus eo tempore causa peroretur, desidia quippe eius hoc modo procedit, si non in stantem iudicem interpellauerit, Salic. in d. §. illud, Alex. consil. 64. n. 7. lib. 6. alioqui si dilacioni index causam dederit, eiuus uis copla habere non possit, aut inenitabilis alia ratio morae causam praebet. Puta 7. compromissum pendens, d. n. 9. Clem. quando, de appellationibus, vel expressa litigantium prorogatio a iudice admissa, iuxta notata, in dict. Clem. & a Pet. Greg. d. cap. 1. n. 9. Gaill. sup. n. 2. & 3. Cuia. d. non. 49. & 93. indulgentium biennium erit, si modo causa ea ab appellatione allegetur, & probetur, vt docent Abb. & Decius, col. r. Beroin. num. 10. in dict. cap. cum sit Romana, & quidem ipso iure conceditur, nulla enim ad restitutionem opus arbitror, ex d. cap. exin. ibi, si in ista permancat, d. §. illud, obseruat omnes, in d. cap. cum sit, decif. Pedemon. 29. & num. 1. & 12. tamen aliter distinguat glof. in d. cap. ex ratione, verbo, in potentiam quem sequitur Pet. Greg. sup. num. 11. Sed si impedimentum in persona appellantis contingens locum biennii facit, puta si mendicus, & pauper sit, Pet. Greg. d. cap. 2. n. 14. Gaill. 1. praet. cap. 142. vbi quis dicitur pauper disputat, & Meno. de arb. casu 63. Controu. 2. variat. cap. 6. num. 3. Morla, in emp. tit. 12. q. vlt. que autem sint hac in parte leg. impedimenta latius proseguuntur Azen. sup. n. 2. §. illud omittendum non est, eorum probationem alius adstantibus iudicis ex appellantis iuramento sumi possit, teste Spec. sup. Guido. n. 6. 1. Rota decif. 2. §. sub tit. de appellationibus inno. eoque modo euidentissimus probatus, quos requirit Imp. in d. §. illud factum, §. is credimus si modo impedimentum probare volens adiciat, sumamoto eo causam se proseguenturum, obseruat Gaill. 1. praet. cap. 143. num. 2. Idque impedimentum, neque ab appellatione affectatum, nec ab eo remouere potuisse, alioquin inexorable, aut inuitabile non esset, quod exposcentur in dicto cap. cum sit, vbi Dec. not. & in dicto §. illud, & in authentico his, qui ingrediuntur, §. 1.

Antonij Pichardij Praet. Institur.

Elapso ergo primo fatali, si nulla probetur causa, sententia executiva mandanda erit, vt plene probat Fach. 1. controu. c. 79. sin autem impedimentum insistat alter annus indulgebatur, etsi primo anno impedimentum contingens, vel minimam moram iniecerit, vt contra Francum d. c. cum sit, Ang. con. 3. 10. de fecit cum Casiod. decif. 6. de appell. Vvames, sup. n. 9. quod si adhuc ex eisdem impedimentis biennio appellans excludatur, iterum reparabitur ei lapsus in integrum restit. petita, not. communis, in d. authentic. qui Abb. in d. c. ex ratione, n. 3. & 9. Dec. n. 12. Prap. 33 non quidem, ita vt transacto biennio alter ei concedatur annus, sed vt rescisus tempus praefinatur, quoniam biennio mora reparari possit, ita Abb. sup. n. 9. Afflic. decif. 175. Beniccius, de priu. paupertatis prim. 3. n. 18. Azen. in d. l. Recop. n. 2. Vvames, sup. n. 10. qui late disputat, quid hac in parte statuendum vbi procuratoris desidia appellationis causa intra biennij metas finem non accipit.

Superiora proseguenda, & finienda appellationis tempora, etsi a iudice Prorogari nequeant, ne in infinitum protrahantur lites pos. tamen quo cuius terminentur coarctari cap. perlonas 4. cap. reprehensibilis, 26. cap. oblat. 57. de appellationibus vbi omnes disputant, Menochius de arbit. casu a num. 9. Pet. Greg. de appellat. cap. §. no. 1. Paz in praxi 1. tom. 6. par. cap. 1. num. 1. & 2. Greg. in l. 2. tit. 6. glof. 4. & in l. 13. tit. 7. glof. 7. p. 6. relati ab Azen. collectan. 17. ad quod facit l. 2. tit. 18. lib. 4. Recopil. & conducat quae nos diximus sup. §. 3. n. 3. Nec nouum est vt tempore lege indultum limitare iudices iusta subsistere causa possint, maxime vbi id eis iure permittitur, cap. pastoralis, vbi obseruat omnes, de excep. & quia superius obseruare videtur, l. 4. §. cōdemnatus, de re iudicata, pro eius explicat. consalendi erunt Duar. ibi, & Don. ibi, & in l. 2. eo sub lib. 24. commun. Anton. Fab. coniect. 12. cap. 7. licebit ergo iudicia, quo appellatum est rescisus tempus appellationibus praefigere siue appellationi detulerit, siue eam non admiserit vt per textum, in cap. 1. verbo, cum appellatio, & seq. de appellationibus, in 6. docent Ioan. And. Dop. & Peraz in eum appell. re. eod. lib. & in d. c. perlonas, Paz. sup. Specul. d. §. qualiter, tamen si contrarium probet Dec. n. 10. Beroin. 17. in d. cap. cum sit Romana.

Ad superius tractatum hunc iudice pre finitum non finiendae appellationi praefigi, ne inferior superiori iudici legem dicere videatur, sed inducenda, & inchoanda quae. vbi eo tempore factum sit ei, non fecisse satis appellans censebatur, quo pacto communis accepit text. in d. c. ex in fine uatione recepta praxi, vt constat ex Rota decif. 27. de appell. inno. Casia. decif. 4. eod. tit. Dec. in d. cap. perlonas, numer. 8. & 11. Beroin. 12. Pet. Gregor. d. libro 6. cap. 8. nu. 11. Thofco, in praet. concl. lit. A. concluf. 32. ex num. 21. & concl. 384.

Illud ad huius §. calcem obseruandum, quod siue interiecta praestituo tempore appellatio non sit, siue interpositam appellans intra terminum a lege, vel a iudice praefinitum prosecutus non fuerit, appellatio deserta censenda erit, d. cap. perlonas, d. c. cum sit Romana, & sup. allegatis, quibus in locis plene ordinari, & vltra eos consulendus, Guido, consil. 77. Azen. in d. l. 2. recop. a numer. 32. Maranta, plura in desertionis materia tradens, de ord. iud. 6. part. tit. de appellat. a numer. 48. Paz, d. cap. 1. numer. 7. q. 8. & in l. tom. 12. tempore, quae requirantur, vt appellatio dicatur deserta, & sententia interim iudicata transeat, exponit late Pet. Greg. d. lib. 8. cap. 2. & 3. plures casus referens quibus appellatio pro deserta habeatur, & Thufcus. lit. D. concl. 222. cum sequent. Effectus huius desertionis erit, vt nec a principio interposita videatur appellatio, Gomez, in regula de triennali, qu. 54. Did. in l. 2. tit. 16. lib. 3. ordin. & consequenter.







crediderunt omnes ibi, & ad 50. anni libras extendendam putauerunt Ferrar. tract. de appell. lib. 2. cap. 2. Montebanus, de except. art. 2.4. n. 2. huc pertinere exillimantes tex. in l. ab excor. §. fin. C. quorum app. in qua sent. praelit. P. Greg. 50. Syntag. c. 2. n. 5. 1. sed in merito specialis eminente eius, dec. non ultra speciem ibi propositam extendenda est, vt bene arbitrantur Vvames, in cap. 2. n. 8. de appell. Menoch. de arbitr. casu. 449. n. 4. & siliure sane Pont. & Regio, appellantis malitiosa expensarum refusione computetur, cap. reprehensibilis, cap. vt debitus, de appell. l. 9. tit. 1. 6. lib. 3. ord. l. 7. tit. 17. l. 2. l. 4. Recop. siue in exordio litis, siue ex post facto, malitiose se gerat appellans, etsi enim initio iustam habuerit causam litigandi, quae solet ab expensarum condemnatione vitium eximere; in iustitiam tamen appellationis agnoscens, ab ea debet recedere, obseruat Azeu. in d. l. 1. Recop. n. 2. & 3. quando vero iustam litigandi causam habere credatur, quando litigare temere, prudenti iudicis arbitrio communis committi, quam ad-

mittone Gail. 1. praet. cap. 15. 1. Fach. 10. cotron. cap. 41. qui ex variis circumstantiis iustas litigandi causas coniciit, quas diligenter prosequitur Menoch. de arb. casu 177. per tot. eam non omitam, cuius meminit, d. l. 1. Recop. vt in ea causa in qua sententia prima confirmat, aliquo addito, aut detracto condemnando, expensarum fieri non debeat, proseq. Azeu. ibi num. 24. quo autem iure petenda sit expensarum condemnatio, & quando fieri debeat, & plene, & eruite disputet Cou. praet. c. 27. per tot. & vtrum in criminalibus causis locus huic condemnationi sit examinatus. Fach. 10. contr. c. 45. \* Adde his, quod etsi inuoluis appellationibus, non tantum non sit deferendum, vtrum aliquando index arbitrio suo finole, & malitiose appellantem, possit punire, vt paulo ante diximus, tamen si semel index à quo deulit appellatori, vterius non debet in causa procedere, donec index ad quem appellationis articulum definit, eum appellat. §. de appell. lib. 6.



ANTONII



# ANTONII PICHARDI VINVESÆ I. C. HISPANI,

Salmanticensis, Cæsarei iuris Antecessoris Primarij, & Collegij Decani,  
in Regio Vallisolerano Conuentu Senatoris,  
& Aulae Praefidis.

PRIORES TRES PRACTICÆ SCOLASTICÆ QVE  
veteres renouatæ Disputationes.

DE  $\left\{ \begin{array}{l} \text{Mora, \& eius commissione, \& emendatione vna.} \\ \text{Nobilitatis inter virum, \& uxorem communicatione altera.} \\ \text{Satisfactionibus iudicialibus, in iudicio sesti, \& iudicatum solui tertia.} \end{array} \right.$

DISPUTATIO PRIOR.

De Mora, eius commissione, & emendatione.

In qua omnes ferè eius materiae quaestiones, solidè & accuratè, ijsq; Iuris  
Romani, Hispanique fontibus, disputantur, & definiuntur.

Ad exornationem, c. Potuit, 4. versic. Nisi celeri, de locato, & conducto.

SVMMA RERVM.

- 1 **H**erodium disputationis & litera textus.
- 2 Elicitor questio disputata.
- 3 Ad id totum quod disfertur, definitionem adhibere necessarium est.
- 4 Argumentum ab Etymologia vocabuli vtilissimum est, & certum, quando definitio non repugnans, num. 5.
- 6 Emendatur vulgata litera legis, 1. D. de pact.
- 7 Mora quid significet, & unde dicatur.
- 8 Morator, creditor, aut debitor, non morosus, ex probatis auctoribus dicendum esse ostenditur.
- 9 Mora generaliter accepta quancumque dilationem significat.
- 10 Mora quod atinet ad huc tractatum pro caritate accipitur, que cum alicuius culpa coniuncta alteri damnosa est, & nu. n.
- 12 Moram, iusta non posse definitione comprehendere, communis auctoritas.
- 13 Refertur communis interpretatio l. mora, 32. D. de vfuris.
- 14 Refellitur communis hic error, & traditur verus d. l. mora, intellectus.
- 15 An mora facta sit perstringi vix regula potest.
- 16 Mora definitio, id est, determinatio, solertem iudicem desiderat, cum facti, non iuris sit.

- 17 Inferitur verus, & nonus intellectus ad l. filium eum definitum §. D. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris.
- 18 Dominus & Egidius Ramirez de Avellano, nouum sensum d. l. filium, omnium primus fuit assecutus.
- 19 Verbum, definitio, idem quod constitutio, in multis iuris locis significat.
- 20 Intellectus l. omnis definitio, 202. D. de reg. iur.
- 21 Refutatur Sebast. Med. & Ferd. Mendozas, communem illius legis interpretationem defendentes.
- 22 Refertur plurimi, qui morae definitionem scripserunt.
- 23 Traditur vera morae definitio.
- 25 Cuiusque rei definitio, vt bona sit, nihil superfluum, nihilque diminutum continere debet.
- 25 Omnis bona definitio debet conueniri cum suo definito.
- 26 Omnis bona definitio genere, & differentia constare debet.
- 27 Definitionem morae, adductam supra nu. 23. veram esse ostenditur, & per partes probatur.
- 28 Culpa multiplex est.
- 29 Mora sine culpa esse non potest.
- 30 Qui exceptione se tueri potest moram non committit.
- 31 Pupillus moram non contrahit.
- 32 Interpretatur l. si pupillus, 127. D. de ver. oblig. & l. nulla, 99. D. de reg. iur.
- 33 Qui iustam causam habet ignorandi se debere vel litigandi esse retardetur, moram non facit.